De Altare S. M. Constantinopolitanę

Celebrat in eo quandoque ex devotione, sed precipue fer. 3a post Pentecostem, festo dictę B. Virginis, habetque quod sonera Missay.
Inspecto Altare mandavit avam elevari per quatuor digitos lapidem sacrum approximari fronti Altaris, et in ea depingi curare, provideri de Tabellis pro secretis, et de Tela cerata, et seragula ut supra infra mense.

De Sacristia seu Oratorio

Mandavit provideri de novo Missali pro vivis, et renovari Canones in alijs duobus antiquis, et ex parte exteriori à Cornu Evangelij expurgari muros eccl. et Sacristię à Sordibus ad effectum removendi humiditatem, quę nimium officit dictę eccl. et Oratorio, et signanter Altari SS. Crucifixi; nec non reaptari fenestras vitreas infra sex menses sub pęnis.

De Tota ecclesia

Reaptari tectum in partibus necessarijs, et fenestras ut supra, et dealbari totam Ecclesiam infra mense.

De Hospitali dictę Societatis

Hospitale situm est prope ecclesiam Sancti Ioannis, et erectum sub Invocatione, et titulo eiusdem Sancti
Adest in eo unicum Altare dicatum S. Vincentio, in quo in quo Societas tenetur celebrari facere missas seqq. nempe Ex legato q. Petri Angeli Pechinoli missam unam singulis infrascriptis diebus festis scilicet
Die SS.mę Circumcisionis

Missæ quinque in festo S. Florentij Epi de mense Octobris

S. Timotei Epi. et Mart. 24 Ianuarij

Purificationis B. M. Virginis

S. Iosephi Confessoris

Annunciationis eiusdem B. M. Virginis

S. Fran.ci de Paula

S. Georgij Martiris de mense aprilis

S. Michaelis archangeli de mense Maij

Nativitatis S. Ioannis Bapte.

Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli

Die Lunæ post prima Dom.cam Iulij

Assumptionis B. M. Virginis

S. Ludovici Confessoris

Decollationis S. Ioannis Bapte.

SS. Protectorum Marciani, et Ioannis

S. Fran.ci Confessoris de mense 8bris.

Commemorationis Defunctorum 2a. Novembris, et

S. Stephani Protomartiris de mense Xbris.

Missæ præfatæ celebrantur per Cappellanum eiusdem Societatis

per quem Illmus D. mandavit doceri de adimplem.to infra quindecim

Inspecto Altare mandavit provideri de Tabellis decentioribus pro Secretis, et post celebrationem cooperiri Tela stragula, siquidem Sacra Indumenta desumuntur ab Oratorio S. Ioannis

Hospitale regitur ab Officialibus Societatis, et præsertim a

Depositario, qui ad presens est D. Stephanus Bernabei
Residens d.ta Civitas, et Hospitale bona descripta in Inuent.o
exhibito, et alligato in actis p.te 1. fol. 92 -

Erectum fuit solummodò pro Pauperibus Infirmis, sivè
Cives sint, sivè exteri, quapropter in Mansione ubi repe-
ritur Altare adsunt sex Cubilia pro masculis sufficienter
provisa.

In Mansione contigua à Cornu epistole adsunt duo Cubilia
pro Feminis pariter sufficienter provisa

Alia mansio stat ad usu Coquine et Hospitalarij

In superiori parte alie adsunt Mansiones, que deserviunt
partim ad usum Rectori, et partim pro casu quo Hospitale
adiret aliquis Sacerdos, vel Laicus ex Civilioribus

Egrotantibus subministrantur alimenta, et Medicinalia
quousque convaluerint, postmodum si exteri sint transpor-
tantur ad Loca viciniora, prout et ceteri Convalescentes
seu alias legitimè impediti, quatenus tamen ex aliis
Hospitalibus fuerint ad hanc Civitatem equitanter trans-
missi

Recipiuntur etiam Infantes expositi, qui exindè ad proxi-
mum Hospitale Terre Aviniani transmittuntur, ad hoc
ut gradatim consignentur Archihospitali S. Sp. de Urbe

Sacramenta Infirmis administrantur à Parocho Eccl.e
S. Benedicti, cui propterea ab Hospitali persolvuntur
annua scuta decem

Qui ibid. ex hac vita decedunt tumulantur in eccl.a proxima S. Joannis Decollati iuxta ordinem sepulturarum in ea existentium.
Liber in quo adnotantur Infirmi erat penes Depositarium alter vero in quo describuntur morientes, penes Parochum S. Benedicti Pluribus ab hinc annis deperditus fuit Liber Catasti, qui postremo reportatus fuit R. Stephano Bernabeo Depositario sub sigillo Confessionis.

Inter Officiales, qui deputantur singulis annis pro gubernio Hospitalis sunt Prior, Depositarius, et duo Visitatores Infirmorum, quibus Ill.mus et R.mus D. enixe commendavit Opera misericordiae erga pauperes ægrotantes vere misericordiam explere, et de peractis administrationibus rationes exquirere, et reddere.

De Oratorio SS.mae Trinitatis

die 12 8bris 1719

Ill.mus et R.mus D. se contulit ad p.tum Oratorium, ubi erecta est Societas eiusd. SS.mae Trin., sive S. Sebastiani aggregata V. Archiconf.ti SS. Trinitatis de Urbe, cuius Sodales induti vestibus coloris rubri incedunt in publicis Processionibus, et ad comitanda Cadavera Defunctorum et diebus festis recitant officium B. M. V. et statutis diebus officium Defunctorum pro Confratribus

Societas possidet bona stabilia, et Census in communi cum Hospitali adnexo, prout in scedula sive Inventario exhibito, et alligato in actis p.te 1. fol. 130 quorum redditus admi-